



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Instrvctio R.P. Ignatii Balsamonis Societatis Iesu,
Theologi. De Perfectione Religiosa, Et De Vera Recte
Orandi & meditandi methodo**

Balsamo, Ignazio

Coloniæ Agrippinæ, 1612

De gloria cœlesti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48888](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48888)

eorum remunerationem, altera ad malorum vindictam, quarum singula verba veniunt expendenda.

7. Eiusdem duplicis sententiæ executio, quomodo & quanto tempore

*De gloria cœlesti varij sunt modi
meditandi.*

1. Considerari possunt. 1. Locus. 2. persona. 3. Actus beatorum.

2. Bona triplicia Beatorum. 1. Bona animæ. 2. Bona corporis. 3. Bona extrinseca.

3. Tres dotes siue perfectiones animæ, quæ sunt; visio, possessio, Fruitio.

4. Quatuor dotes siue perfectiones corporis, Impassibilitas, claritas, Agilitas, subtilitas.

5. Gaudium, quo Beatorum quisque perfruitur in singulis sensibus.

6. Mente tractari possunt septem puncta sequentia in vna vel pluribus meditationibus.

2. Loci excellentia, videlicet, magnitudo; beatitudo; diuitia cœlestis Paradisi.

2. *Beatitudo corporis*, quod dotatum erit quatuor eximijs qualitibus: quia erit omnino *impassibile*, *splendissimum*, *agillimum*, & vti Apostolus loquitur,) prorsus *Spirituale*, quod alia corpora solida, sine impedimento penetrare possit.

3. *Beatitudo animæ*: maxima illius sapientia, quia visura est Deum facie ad faciem, & omnia in illo amor flagrantissimus Dei & proximi; voluptas & exultatio propemodum imensa.

4. *Beatorum societas* iucundissima: nimirum *Beatis*. Dei genetrix *Maria*. Angeli & sancti sanctæque omnes.

5. *Actiones & exercitia* Beatorum, quæ sunt: perpetua contemplatio, gaudium, amor, conuiuia, voluptates & Dei laudes assiduæ. *Magdalene* ibi omnes erunt, nulla *Martha*, omnis exulabit exterior actio. aut mundana occupatio.

6. *Bonorum affluentia*, quæ tanta erit vt nihil adsit quod abesse, nihil absit quod adesse optes: hoc verò multo
melius

melius cognosces, si mala mundi & æternæ huius felicitatis bona inter se conferas.

7. *Aeternitas* huius beatitudinis, quæ nullo fine terminanda, sed in omne ævum duratura est.

SUNT & alij modi cælestem gloriam meditandi; Nimirum: Considerare quam ingenti voluptate & gaudio omni ex parte cumulandi sint. Nam Primo, supra se conspiciens SS. Trinitatem, Dominum & Redemptorem nostrum Iesum Christum: beatissimam Virginem Mariam Dei genitricem. Secundo, Circa se societatem optatissimam, & aulam cælestis regis magnificentissimam; Tertio Intra se, animæ & corporis beatitudinem. Quarto, Sub se, mundum Lymbum & Infernum.

Vel Expendere secum bona singula quæ Beatis aderunt, & mala quæ aberunt, ea inter se conferendo, ut eorum contra se positione magis elucescant.

Ad damnatorum penas quod attinet: totidem sunt modi de illis me-

H 5

ditan-

ditandi, quot de gloria & foelicitate beatorum, si bona tantummodo in mala contraria commutentur.

MODI MEDITANDI DE HIS
quæ pertinent ad cognitio-
nem sui ipsius

C A P. XVI.

PRIMVS est. Considerare tem-
pus præteritum, præsens & fu-
turum, vti S. Bernardus pluri-
bus in locis ostendit dicens. Expende
tecum ô homo 1. *Quid fruëris. 2. quid
sis. 3. Quid futurus eris.* Vel Reuolue
cum animo tuo 1. *vnde venias. 2. vbi sis
3. Quo pergas.*

V E L mente pertracta 1. Qualis
fit hominis in hunc mundum *ingres-
sus* 2. Qualis ipsius *mansio*. 3. Qualis
exitus.

Secundus est. Considerare (quem-
admodum idem *lib. 2. de considera-
tione* docet:) 1. Temetipsum *quis &
qualis sis.* 2. ea quæ sub te sunt; *Lym-
bum, Purgatorium, Infernum* 3. Quæ
circa te sunt; *mundum, creaturas,*
Dia-